

1783
SPECIMEN IN AVGVRALE

DE

1865

TESTAMENTO MILITARI SINGVLARIA CONTINENS

QVOD

PRO GRADU
IVRIS VTRIVSQVE LICENTIATI
AVCTORITATE IMPERIALI

RITE OBTINENDO

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT
IOANNES ERHARDVS STROBEL
NORIMBERGENSIS.

D. XXVIII SEPTEMBRIS A. S. CICIOCCCLXXXIII.

ALTORFII NORICORVM
LITERIS IO. AD. HESSELII ACAD. TYPOGR.

SPECIUMIN INAGARALE

DE

TESTAMENTO
MILITARI

SINGULARIA CONTINENS

PRO CADA

VARIS ATRIASCAE LEGENTIALE

AVATORIATATE IMPERIALE

ETI ETI OUTINENDO

TUTORIO CO EXAMINI SEMINATIT

JOANNES ERHARDAS ASTROLOGI

IN RIMELLEGENSENTIA

D. XXVII. SEPTEMBER. A. D. MDCCLXXII.

ALTOREM NORICORVM

LETTERS IO. VD. HESSELI AGVD. TYPOCR.

REVERENDISSIMO
HABITATIONE
ET OPTIMO
CELSISSIMO AEGE
S: R: ET PRINCIPIAC DOMINE CAVT
OMNIS MUNIMENTUM PROSPERO
DOMINO
FRANCISCO LUDOVICO
DEI GRATIA
IMPERIALIS ECCLESIAE BAMBERGENSIS
ET CATHEDRALIS WIRCEBURGENSIS
EPISCOPO
FRANCIAE ORIENTALIS DUCI
RELIQVA RELIQVA
PRINCIPI OPTIMO PIENTISSIMO
SAPIENTISSIMO
IN VTRIVSQUE REIPUBLICAE GUBERNANDAE PRUDENTIA
NVLLI MORTALIVM SECUNDO
CVIVS
INDVLGENTISSIMA TUTELA ET PATROCINIO
MVSÆ LAETABUNDÆ EXSVLTANT
QVIPPE QVAS
PVBLICE PRIVATIMQVE
SVMMVS PRAESVL
ALITO FOVET DILIGIT AMAT

HAS QVALIS CVNQVE ERUDITIONIS PRIMITIAS

OMNI QVA DECEP

ERGA TANTVM PRINCIPEM

CULTVR REVERENTIA DE MOTISSIMA QVE
MENTIS SUBMISSIONE OBSEQVIO
ANNEXO
SVMMARVM OMNE GENVS PROSPERITATVM

FIRMISSIMAE ISALVTIS

ET REGIMINIS AD SEROS VSQVE SOLES
FELICITER DIVERTATUR I

VOTO CANDIDISSIMO HV MILLIMO

SVAS RATIONES AC CVNCTA STUDIA
GRATIAE SVMMAE ET PATROCINIO

QVIBVS EI NIHIL ANTIQVIVS NIHIL VNQVAM
MAGIS EXPETENDVM VOTIS ARDENTISSIMIS
IN GENVA SVPPPLICITER PROVOLVT
COMMENDANS

DICAT

CONSECRAT IN DILEGENTI PATROCINIO
TRANSSCRIBIT MVSAE LITERATU

REVERENDISSIMI
CELSISSIMI QVE NOMINIS

CVLTOR SVBIECTISSIMVS DEVOTISSIMVS QVE
TAMA DILIGIT TE AVCTORIA



SINGVLARIA

DE TESTAMENTO MILITARI.

§. I.

Inter omnes, quibus uel prima iuris elementa cognita sunt, optime constat, testamento militari primum locum inter testamenta priuilegiata deferri. Sumitur autem testamentum militare pro *testamento*, ab *iis condito*, qui *in expeditione bellorum* sunt constituti. Iure ueteri Romano milites etiam extra expeditionem priuilegium testandi habuisse constat, quod IVSTINIANVS denum ad solam expeditionem coarctauit, sanciendo: *recte testantur*, scilicet sine solennitatibus, videlicet, quam *in expeditionibus occupati* sunt — illis autem temporibus, per quae citra expeditionum necessitatem in aliis locis vel suis aedibus degunt, minime ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur. a) Haec dispositio Iustiniane sufficienter probat, rationem adaequatam testamenti militaris ex statu expeditio- nis petendam esse, qui tot solennia et subtilitates iuris non

A 3 admit-

a) Verba pr: Institut: de militari testamento, v. etiam l. 17. Cod: h. t.

admittit, quot in otio ac pace a legibus requiruntur. Hinc uenit, quod iura, quamuis de milite primario loquantur, hoc priuilegium tamen etiam ad alios extendant, qui eodem periculo experuntur, si modo in hosticolo reprehendantur, et illic decedant. b) Num uero tales personae militibus plane exaequentur, alia quaestio uidetur, haud facile affirmanda, praesertim secundum recessum Imperii de anno 1512. de quo deinde pluribus dicendum erit.

§. II.

Sed milites nondum dimittere possumus, quippe ad eos praeципue hoc ius singulare spectat. Audiamus iterum legem: *Ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeris relatus est (enroullirt): Proinde qui nondum in numeros sunt, licet etiam lecti tirones sint, et publicis expensis iter faciunt, nondum milites sunt; debent enim in numeros referri.* c) Ex his si quid video clare patet, ueram qualitatem, ut ita dicam, militarem in milite abesse non posse, si iure militari testari uult, quamuis haec sola non sufficit, nisi haec circumstantia accedat, quod simul in expeditione constitutus fuerit. Quid uero sub voce *expeditio* proprie intelligatur, de eo Iureconsulti mirum in modum sibi contradicentes, dissentientesque reperiuntur, aliis hoc vocabulum lato, aliis strictiori sensu accipientibus. Nobis has controversias recoquere nolentibus eorum sententia placet, qui cum Briffonio, Gesnero aliisque in iure et latinitate ueterum

b) Hosticolo, idem ac hostico loco denotat, de qua re criticam vide observationem BYNKERSHOEKII in l. un. Dig. de Bon. Poff. ex test. mil. in eius Obs. Iur. Rom. L. IV. c. 20. vid. etiam l. 44. D. de test. mil.

c) l. 42. D. de test. milit.

rum uersatis viris uocem *expeditio* per iter militiae seu profec-
tionem militarem explicit; quae interpretatio ipso lo-
quendi usu nostrisibus familiari confirmatur. Res nempe
potissimum eo redire mihi uidetur, num ratio priuilegii huius
testandi in solo disserimine belli et certaminis posita sit, nec ne.
Affirmatiuae sententiae patronis ipsa argumenta, §. 1. a no-
bis allata, fauere uidentur, ubi expressis uerbis *periculi* men-
tio iniicitur. Sed salua nihilominus res est. Omne bellum
periculosum est, licet gradus periculi uarii et diuersi sunt.
Quis ideo affirmet, militi ob solum militiae disserimen priuile-
gium testandi indultum esse? Tunc nullum amplius disseri-
men inter testamentum pagani in hosticolo conditum et te-
stamentum uere militare cogitari posset, quod tamen sem-
per constitui debet. Et quid multis opus? Nonne claris
uerbis Imperatores Traianus, Antoninus, quin adeo ipse
Iustinianus noster in *simplicitate* et *imperitia militari* causam
nostrri testamenti collocant? d) Nec nos tangit argumen-
tum aduersariorum, a contrario ut vocant desuntum, qua-
si ex Sententia Imperatorum, quam nostram facimus, seque-
retur, ut Centuriones, Praefectique docti et iurium periti
testamenta *solemmis* facere deberent, quod tamen nemo hic us-
que affirmauerit. Profecto calumniantur haec obicientes, uix-
que qui refutent, digni sunt. Quis enim non uidet, simplici-
tatem et imperitiam illi iurium rigor, illis legum subtilitatibus
opponi, quae in testamentis solennibus requiruntur? Verbis PUFENDORFI hanc in rem utar dicentis. e) *Quoad miles in otio degens urbe et ciuitatibus continetur, copiam Iure-
consultorum habet, quos quo minus adeat, militaribus laboribus et oc-
cupationibus non impeditur. Aliter in eo dicendum est, qui in iter*
fe.

d) vid. l. 1. D. de test. mil. l. 3. Cod. et princ. Inst. eod.

e) In Obseru. Iur. Vniuersit. T. III. Obi. 187. §. 3.

se iam contulit vel iam expeditus ad iter se accinxit, cuius ex eo tempore mens bellicis tantum negotiis occupatur, certe occupari intelligitur, adeo ut oblitus quoque iuris scientiae omnis, si quam antea habuerit, videatur. Breui: Ita mihi persuasum habeo, auctores priuilegii non praesens periculum, sed permisam iuris ignorantium et favorem militiae respexisse, ut idem vir doctissimus alio loco dicit. Si quis erit, qui dignitatem militiae rationem testamenti militaris constituat, nec me plane dissentientem habebit. Sufficit, uocabulum *expeditio* non tam arctis limitibus circumseribi aut solum ad metum armorum et praesens hostium periculum restringi oportere.

§. III.

Haec de tempore et loco, in quem testamenti militaris priuilegium cadit, dixisse sufficiat. Iam ad dispositiones iuris patrii hac in materia extantes progrediamur; et prium quidem de famosa illa recessu Imperii de anno 1512. (quem uulgo etiam Ordinationem Notariatus nominant) sanctione paucis despiciamus. Res peruulgata est, Imperatorem Maximilianum I. rixarum Iure Consultorum de uero significatu uocabuli *expeditio* pertaesum, in hac lege e) ex sententia glossae sanxisse, ut milites in acie seu conflietu constituti sine ulla solennibus, in castris uero coram duobus testibus testari possint. Secutus est Imperator in prima parte huius sanctionis notissimas Iuris Romani dispositiones, secundum quas milites testamenta facere posunt, quomodo poterunt; et si quid in uagina aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus annotauerint, aut in puluere inscriperint gladio suo, ipso tempore, quo in proelio vitae sortem derelinquent, huiusmodi voluntatem stabili-

e) tit: von Testamenten §. 2.

stabilem esse oportet. g) Quod ad alteram partem dispositio-
nis Maximilianeae attinet, eam quidem a iure ciuili quodam-
modo discedere arbitror. Hoc enim cautum legimus, ut *le-*
gitimis probationibus tantum ostendatur, militem actu sic et
non aliter testatum esse, h) et quidem *scriptum* testamentum
ex sola militis scriptura sustinetur, modo quod scriperit mi-
les, satis constet. Magis ergo probationis quam solennitatis
causa testes adhibentur; etiam in nuncupatio. Hinc nihil
interesse dicunt, an testes sint masculi aut feminae, rogati i)
nec ne. Verba recessus Imperii autem innuere mihi uidentur,
legislatorem non tam liberalem erga milites, in expedi-
tione et castris quidem, sed non in pugna constitutos, fuisse.
Sic uero se habent: *Oder von Rittern, die zu Feld und doch nicht im Streit waeren, da wird solch Anzahl der Zeugen nachgelassen,*
bis auf zween: *Aber die Ritter, die in Uebung des Streits sind, moegen ihr Testament machen ohne alle Solennitaet und Form, und wie sie wollen. Iedoch die Ritter, so nicht in solcher Uebung und Streit noch auch zu Feld liegen, sollen ihr Testament nach gemeinen Reckten machen.* Ex quo PVFFENDORFIVS k) illud
confici putat, militibus in expeditione duntaxat et castris,
non autem in pugna constitutis, nihil quam numerum te-
stium

B

stium

g) 1. 1. 1. 40. Dig. 1. 15. Cod. de testam. milit.

h) 1. 24. 1. 40.

i) HOTTEMANNVS quidem uocem *conuocatis* in §. 1. Inst. de mil. test. et
1. 24. D. eod. per *rogatis* explicat; sed certe sine omni iuris et scri-
ptorum ueterum auctoritate. *Conuocatis* idem est quod apud CICER.
de N. D. lib. 2. c. 3. *uocatis aliquot viris*, aut, ut FESTVS ait, *prae-*
fentibus commilitonibus.

k) In Obs. Jur. Vniu. T. I. obs. 102.

stium remitti, adeoque duos testes *in uno actu* adesse debere et *continuitatem testandi* requiri; quid? quod summum Tribunal Cellense in causa quadam specialis testium rogationis probationem imposuisse, ex ultimis uerbis Observacionis ad ductae appetet. Si haec omnia recte se habent, a uero non longe abesse uidetur, dualem testium numerum, praesertim cum etiam in scriptis testamentis eum adhiberi oporteat, non amplius solius probationis, sed etiam solennitatis causa a Maximiliano praescribi. Sed tunc etiam de habilitate feminorum ad testimonium dicendum admittendarum, ualde dubitandum erit, praesertim cum leges fileant et ne in codicillis quidem feminae idonei testes a multis habeantur; nisi quis forte dicat, fauorem militiae exceptionem a regula facere. Sed iam satis de testibus dictum est.

§. IV.

Ex ante adductis iam satis credo elucescit, distinctionem Maximiliani ad paganos applicari non posse, quibus extra ordinem militari modo testari licet, sed tantum in eo casu, quando in hosticolo deceperint, quanquam sufficere videatur, si lethali uulnerati alibi mox decadant.¹⁾ Omnibus qui in hostico et procinctu uerfantur, si modo alias habent testandi facultatem, hoc priuilegium competit, siue ex necessitate castra sequantur, ut Legati, Quaestores, Clerici, Consiliarii bellici, magistratus militares, Medici, Chirurgi; siue siue simul utilitatis causa, ut Mercatores, Venalitiarii (*Marketender*) et id genus alii; siue priuati negotii uel uoluptatis causa spectatum uenerint. Etaim militum uxoribus, qui maritos in castris comitantur, idem priuilegium datum esse intelligitur

ex

¹⁾ vid. STRYCK de cautel. testam. c. 9. §. 23.

ex tit. Cod. de uxoribus militum. Nec dubium est, nauar-
chis et militibus maritimis eandem testandi praerogatiuam
tribui debere, quum in eos omnes rationes cadant, quae in
militia terrestri cogitari possunt. Quis etiam nescit Poetas
saepius de *Castris nauticis* dicere? Interea tamen negari non
poterit, statum rei naualis plane peculiarem, siue antiqua tem-
pora siue hodierna cogites, etiam hac in re singulares legum
dispositiones exigere, a legibus militiae terrestris toto coelo
abhorrentes.

§. V.

Tantum de *Forma* testamenti militaris. Sed indubij iu-
ris est, etiam quoad *solennia interna* reguam ualere: Sola
militis uoluntas spectatur. Nolo libros elementarios exscri-
bere, qui omnia et singula iura militum huc pertinentia or-
dine recensent. Liceat nobis tantum unum alterumue ho-
rum iurium penitus inspicere et sicuti necessarium uidetur
illustrare. Sic u. c. vulgata res est, et *deportatos*, et *fere omnes*,
qui *testamenti factionem non habent*, a milite heredes *institui*
posse, m) praeter seruos poenae, mulieres turpes et haereti-
cos declaratos. n) Hanc iuris Romani Sanctionem seu ex-
ceptionem potius, hodie uix ac ne uix quidem applicari posse
arbitror, tum ob mutatum rei publicae statum et saniora to-
lerantiae principia, quibus praesertim nostra aetas gloriatur,
tum ob morum vitaeque castitatis rationem valde diuersam,

B 2

quae

m) Verba l. 13. §. 2. Dig. de test. mil.

n) Ead. leg. et l. 41. §. 1. h. t. Verba leg. 14. D. de his quae ut in-
dign. potissimum huc pertinent: Mulierem quae stupro cognita in
contubernio militis fuit — non admitti ad testamentum fure militari
factum, et id, quod relictum est, ad fiscum pertinet.

quae mulieribus, in quas suspicio turpis cadit, fauorabilior esse uidetur, o) licet et olim paganis non vetitum fuit, metrictices suas heredes instituere.

Exorbitans quoque militiae priuilegium est, militem liberos suos exheredare posse, modo sciat, se filium habere. p)
Denegatur liberis querela inofficiosi, qua legitimam sibi vindicare possent. Interea tamen illis secundum Praxim alimenta poscere permittitur. Eadem seueritate leges etiam uetant, testamentum militis agnatione posthumum rumpi. Quaeritur, an scientia militis, quod uxorem praegnantem habeat, requiratur. Audias hoc loco HELLFELDIVM scribentem q): nil interest, siue sciuerit, siue ignorauerit, miles, se praegnantem habere uxorem, modo constet, uelle militem, ut quisquis sibi nasceretur heres, exheres sit. r)
Aut fallor, aut haec limitatio etiam in liberis iam uiuis, de quibus pater nihil sciuit, locum habere debet. Casus nempe ita ponendus esset: Sempronius miles Caium commilitonem suum, sanguine sibi caeteroquin non iunctum heredem instituit, tam constanti immutabilique animi intentione, ut quemque, qui sibi nasceretur, exheredem uellet et declararet. Videre enim nequeo, quomodo, supposito casu ignorantiae, de animo patris posthumum, quem uxor in utero gerit, excludendi, aliter constare possit, nisi pater expresse etiam ad hunc ignorantum casum suam institutionem extenderit. Sed tunc hoc certe nihil singulare uel pruilegio

o) conf. tamen ea, quae infra §. VIII. ex Codice Iuris Frid. von lieberlichen Websstücken attulimus.

p) 1. 9. Cod. de testam. mil.

q) In Iurisprud. forensi §. 1477.

r) Haec sunt quoque circiter uerba l. 7. D. de test. mil.

uilegio militari de praeteritione posthumii proprium est; potius hic casus etiam in liberis iam viuis pari modo continere potest, de quorum existentia miles quidem tempore testamenti factio[n]e nihil nouit, quos autem, si forte aliqui extiterint, plane exclusos uult. Sententia nostra igitur hic est, regulam semper firmam et stabilem manere oportere: *Ignorantia militis, quod liberos habeat, aut uxor eius partum in utero gerat, testamentum rumpit, si liberi actu existunt et actionem instituunt, aut posthumus ei nascatur; quae sententia legibus expressis confirmatur.* s)

§. VI.

Etiam in iure substituendi peculiare priuilegium patri militi tribuitur. Sed uaria sunt Iureconsultorum iudicia de ui et ambitu huius iuris praerogatiui, aliis facultatem militis liberis substituendi et terminum tantum pubertatis restringentibus, aliis ultra cum illam extendentibus. Nobis posterior sententia placet. Negari enim nequit, militi in substitutione pupillari sicut et in vulgari plus concessum esse quam pagano. Lex clara est. *Centurio filiis, si intra quintum et uicesimum annum aetatis sine liberis uita decesserint, directo substituit.* Intra quatuordecim annos etiam propria bona filio substitutus iure communi capiet: post eam autem aetatem ex priuilegio militis patris duntaxat, cum fructibus inuentis in hereditate. t) Si enim pagano aliquando licet, ultra pubertatem pupillari ter substituendi, ita, ut uoluntas eius tanquam fidei commisum saluum maneat, u) sequitur, ut militis substitutio tan-

B 3

quam

s) 1. 36. §. 2. ff. 1. 9. et 10. Cod. de testam. mil.

t) Verba leg. 15. Dig. de vulgari et pupillari substitutione.

u) Argum. 1. 76. D. ad Senatus Consultum Trebellianum.

quam directo talis subsistat, quum priuilegio nitatur. Nec uerba *iure communi* in leg. 15. de uulg. et pup. subst. obuia permittunt, ut substitutio militis ultra terminum pubertatis, modo tanquam fideicommissum ualeat. Simul uero ex ea- dem lege apparet, substitutum, si filius ad pubertatem perue- nerit, solum testatoris, non filii bona accipere, quia pater fi- lio ius testamentifactionis adimere nequit.

§. VII.

Hactenus de priuilegio testandi militibus concessio, omni- que eius vi et ambitu fatis pro scopo nostro tractauimus. Restat, ut uideamus, quando tale testamentum vim suam a- mittat, aut quibus casibus militi facultas priuilegiato modo testandi plane denegetur. Quod ad prius attinet, res cuius notissima est, *testamentis eorum, qui honestam, uel causiam missionem meruerunt, spatium anni tribui, quo adhuc ualidum sit: sed testamentis eorum, qui ignominiae causa missi sunt, statim de-* finiunt *iure militari ualere.*^{x)} Minime uero cessante pericu- lo aut finita expeditione talia testamenta ualore suo cadunt, ut nonnullis uidebatur. Ratione posterioris quaestio- nis duas classes mihi constituendae uidentur, quarum una eos continet, qui priuilegio se indignos reddiderunt, quales mili- tes desertores, seditionis, sacramenti militaris uiolatores,^{y)} de- praedatores, Schnaphaene, de quibus Recessus Imperii de an- no 1555. tit. von Einspaenigern, et id genus alii; sub altera autem eos complector, qui ob cessantem rationem priuilegii seu alia impedimenta, quibus ipsi causam non dederunt, iure militari testamenta facere prohibentur. Potissimum huc re- ferunt

^{x)} Verba l. 26. D. de test. mil. v. quoque l. 38. h. t.

^{y)} l. 11. Dig. de test. mil.

ferunt milites stationarios et limitaneos, die in Garnison und Besatzung liegen, milites in hibernis constitutos, (nisi in limitibus excubant, uel in locis perpetuis excursionibus obnoxiiis) a hostibus captos et nondum postliminio reuersos;) obfides er alios. Si nobis de legibus constituendis sermo esset, dubium certe non leue oriri possit, num testamenta militum nostrae aetatis propter plane mutatam rei militaris conditionem recte ex Regulis Iuris Romani dijudicentur. Mihi quidem aliter uidetur. Ex quo enim ratio militaris, praesertim in certis regnis, dominari coepit; ex quo militem conductitum perpetuum habemus, cui certe permitta iuris eiusque subtilitatum ignorantia haud inuidenda, nihil legislatores Europaeos impedire uidetur, quo minus et in hoc iuris argumento subditis suis melius consulant. Quatenus id factum sit, sequentia nos edocebunt.

§. VIII.

Appendix Legum Prouincialium

Contigit mihi nonnullas dispositiones legum particularium et prouincialium Germaniae nostrae inspicere, quae materiam testamenti militaris tractant. Forsitan haud ingratum erit eas penitus nosse, praesertim cum uaria singularia in iis deprehendantur.

Ante omnia Sanctiones Iuris Brandenburgo - Borussici nominabo. In Corp. Iur. Frid. P. II. L. VII. t. 11. §. 7. 8. ii recensentur, qui ratione priuilegiis testandi inter milites referuntur uerbis: *Unter dergleichen privilegirte Personen werden auch gerechnet die Auditeurs, Regimentsquartiermeister, das Proviantamt und die dazu gehoerige Membra, und Subalternen,*
Be-

Bedienten der Officier, Feldprediger, Feldscherer, Marquetenter, Kriegs- und Feld - Commissarii, die Soldatenweiber, welche in der Campagne und in dem Lager ihren Aufenthalt haben; keineswegs aber die Iuden und liederliche Weibsstücken, noch die Scharfrichter und deren Knechte. Wann auch ein Soldat wegen eines Criminis, außer der Défertion zum Tode verdammt wird, steht ihm auf gleiche Weise frey, seinen letzten Willen nach diesem Privilegio zu errichten.

Ibid. §. 10. de testamentis militaris nuncupatiis dicitur. Anlangend die mündlichen Verordnungen auf den Todesfall, wann solche in der Bataille oder andern feindlichen Rencontren und Actionen, auch in der Bestürmung eines Orts, von einem Unterofficier und gemeinem Soldaten an einen dabey nicht interessirten Oberofficier, von einem Oberofficier aber an einen andern Oberofficier, so bey der Sache gleichfalls nicht interessirt, declarirt werden, sollen dieselben ihre Gültigkeit haben; außer solchem Fall aber mit zwey glaubhaften Zeugen erwiesen werden und ist nicht genug, wenn er einige Zeit vor seinem Tode in Conversation und discursive oder im Scherz etwas erwebnet, sondern es muss eine ernstlich Verordnung seyn, wofür es jedoch in dubio zu halten.

Ibid. P. II. L. VII. tit. 11. Art. 1. §. 9. de externa forma testamenti scripti militaris, uerbis: Damit aber auch wegen der Gewissheit und Wahrheit kein unnoetiger Zweifel entstebe, sondern aller Betrug und Disput nach Moeglichkeit vermieden werde, so kan ein Officier und wer zur Armee gehoerig, in Form eines Testaments, Codicills oder Schenkung, oder durch einen ordentlichen Brief, oder auch nur durch ein Billet oder Zettel, seinen letzten Willen schriftlich hinterlassen, und wann er solchen ganz durch und durch eigenhaendig geschrieben, und es so gefaßt ist, daß des Verstorbenen Sinn und Meinung klar vollzogen ist, hat

hat es seine voellige Richtigkeit; Wofern aber solcher letzter Wille nicht eigenhaendig, sondern nur von dem Testatore unterschrieben ist, so ist es doch genug, wenn die Disposition selbst von einer traut und glaubenwürdigen Person geschrieben ist. Ist es aber eine unbekannte Hand, muss ein unverwirflicher Zeuge es mit unterschrieben haben.

Ibid. inter alia, quae de priuilegiis testamentorum in expeditione (der Campagne) confectorum dicuntur, uerba sequentia occurunt, quae mihi praeципue digna uisa sunt ut exscribantur. Solchennach ist als ein privilegiates Soldaten-Testament, Codicill, Schenkung und iede Verordnung auf den Todesfall, — für beständig und in den Rechten gültig zu achten, nicht nur, wann der Officier und Soldat vor dem Feind steht, sondern auch wann bey einem schleunigen und unvermutheten Ausmarsch aus dem Standquartier ein oder zwey Tage zuvor, oder auf dem Marsch selbst, soiche Verordnung des letzten Willens gemacht ist, es sey der Feind nahe oder entfernt; es sey im Lager, im freyen Felde, Belagrungr eines Orts, oder wenn ein Ort belagert oder bloquirt wird. Ingleichen in den Cantonirungsquartieren, und wenn iemand waehrend der Campagne auch in einer Garnison liegt, vvo ein feindlicher Anfall geschehen kan; oder vvenn einer zur Bedekung, oder zum Recognosciren, oder andern Kriegsexpeditionen commandirt, oder auch aus dem Lager wegen Krankheit, Blessur, oder sonst noethiger Verrichtungen andervwaerts beurlaubt wird; Item auf dem Ruknarsch aus dem Feld in die Cantonirungs - oder Winterquartiere, auch selbst in den Winterquartieren in des Feindes Land - oder Graenz - Oertern, vorinnen der Officier und Soldat zur Bedekung des Landes gegen den Feind im Quartier liegt; und in allen solchen Faellen, vvo vvaebrenden Kriegs die Gefahr und Eilfertigkeit Anlas zur Verordnung eines letzten Willens geben kan, sollen dergleichen Dispositionen

C

ohne

Ohne Solemnitaeten, so die Rechte sonst erfordern, gemacht werden koennen und gultig seyn. De solennibus internis testamenti militaris in eod. Corp. Iur. Frid. P. VII. L. VII. T. 11. Art. 1. §. 6. mentio fit. Hoc unicum tantum adponam, quod de praeteritione posthum iibi legitur, uerbis: *Wann ein Posthumus nach ihrem (der Ober - und Unterofficiers, auch gemeinen Soldaten) Tode geboren wird, rumpirt solches ihr Testament nicht, es waere dann, dass sie nicht gewusst, dass die Frau schwanger sey.*

De annullatione et confirmatione testamenti militaris ibid. eod. loc. §. 13. cautum legitur: *Es verlieren aber die Testamente — ihre Kraft Rechtns 1) bey denen so ihre Fahne vor dem Feind oder in waebrandem Kriege verlassen, es sey Ober- oder Unterofficier oder gemeiner Soldat. 2) Wann dieselben aus einer infamanten Ursache dimittirt werden. 3) Wenn jemand seinen letzten Willen auf eben die Art, wie er ihn declarirt hat, revocirt, oder 4) das Testament bey gesunden Verstand zerreiszt, oder durchstreicht. Wann er 5) zwey Testamente macht, gelten sie alle beyde, wann sie sich aber widersprechen, mus das letztere vorgezogen werden. Es wird aber 6) das Testament nicht aufgehoben, wann der Testator nach geendigtem Krieg oder Campagne in eine Garnison zu liegen kommt, oder ex causa laudabili dimittirt wird.*

§. 12. Sollte auch derjenige so etwas auf seinen Todesfall, wegen einer bevorstehender Gefahr und Action, und in deren Be tracht verordnet, durch solche Begebenheit sein Leben nicht verlieren; so soll dennoch solcher letzter Wille auch nachhero bestaendig gelten, wann er nicht widerrufen oder geaendert wird.

DAV.

DAV. MEVII Entwurf des Meklenburgischen Landrechts.
Part. II. tit. XXII. in WESTPHALII monumentis ineditis, T. I.

§. 9. Wer in Kriegsgefahr ist, er sey ein Soldat oder sonst iemand, mag seinen letzten Willen verfertigen, wie er kan oder will, und was er aufgesetzt hat, oder andere aufschreiben lassen, ist gültig, wann nur ohnlaengbar, das es desselben Hand sey, obgleich keine Zeugen dabej gewesen, oder da es von ihm nicht geschrieben, sonst durch zwey Zeugen mag bekundschaffet werden. Wann aber iemand, auch ein Soldat, außer der Kriegsgefahr ist, liegt in Garnisonen, da er vor des Feindes Einfall gesichert, ist sein Testament nicht gültig, es sey dann mit sonst ziblichen Solennien verfertigt, also auch dieuenigen Testamente, so im Kriegslaeufien von denienigen verfertigt, die iezo in Kriegsgefahr nicht seyn, sondern Zeit und Gelegenheit gehabt, ordentlich zu testiren, nicht anderst, dann wie sonst Rechens, ihren letzten Willen verfertigen moegen.

Sic etiam Ius Prov. Bauar. T. XXXIV. Art. 7. dispositionem Maximilianeam, quin imo uerbal. 15. C. de test. mil. accurate sequitur. Duo tantum in hac sanctione Bauarica mihi notatu digna uidentur: 1) Expressio vor zwey Zeugen, quae sententiam nostram §. III. prolatam confirmare uidetur, quod testes secundum mentem receffus Imp. magis solennitatis causa adhibeantur; 2) Quod ibi eaedem exprefiones, im Streit, in Uebung des Streits, occurrant, quae in receffu Imp. deprehenduntur. Eaedem fere repetuntur in Codice Maximilianoe Bauarico ciuili P. III. cap. IV. §. 4. ibique ill. DE KREITTMAYR in den Anmerkungen Tom. III. 1103.

Claudat hanc breuem indicationem statutorum dispositio
nio Iuris Prouincialis Hoenloici Tit. III. §. 9. uerbis: *Der
C 2* *letzte*

lezte Wille eines Soldaten, der zu Feld liegt, oder auf dem March begriffen, ist gültig, wenn er nur durch dessen eigene Handschrift, oder nur durch zwey Zeugen kan erwiesen werden.



Haec sunt, quae pro virium modulo, et temporis et instituti ratione de testamento militari proferre potui. Si forsitan quaedam huius doctrinae capita plane intacta reliqui, eo excusatior, spero, abibo, quo certius iam ex titulo huius commentatiunculae perspicitur, me non omnia tractare et exhaustire uoluisse,



ULB Halle
003 331 415

3



TA-OC





1783
SPECIMEN IN AVGVRALE
DE
TESTAMENTO
MILITARI
SINGVLARIA CONTINENS
QVOD
PRO GRADV
IVRIS VTRIVSQVE LICENTIATI
AVCTORITATE IMPERIALI

RITE OBTINENDO
PVBLICO EXAMINI SVBMITTIT
IOANNES ERHARDVS STROBEL
NORIMBERGENSIS.

D. XXVIII SEPTEMBRIS A. S. CICOCCLXXXIII.

ALTORFII NORICORVM
LITERIS IO. AD. HESSELII ACAD. TYPOGR.